Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8159
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

quam vellent. Thob. qualiter angelus asmodeum ligauit
Angeli seruiunt nobis propter tria. scilicet propter ruine sue repa
racionem homines enim saluandi implebunt locum cadentium
angelorum. Item propter initi accidentalis cumulacionem que augetur in
eis usque in diem iudicii. Item propter amoris erga nos
demonem. Dyabolus attribuit angelis tres actus
scilicet purgare illuminare perficere. Purgant itaque
angeli amouendo fantasmata que impediunt illumi
nacionem quam angelus intendit facere in nobis. Unde tria re
mouent scilicet ignorantiam et nubila fantasiarum ac
falsas opiniones phicarum bonum reuelacionum con
trariarum. Illuminant vero animam tripliciter
scilicet ad sensum ut patet qui manifestat aliquid in assumpto
corpore et hanc potestatem et dyabolus habet. Item ad
intellectum et talis illuminacio solum perfecta est. No
tandum autem quod angelus non illuminat intellectum effi
ciendo cognicionem in anima quia non potest in intellectum no
uam speciem imprimere nec habitum noui luminis dare. sed
nec eius intentionem quo vult conuertere. Hec enim tria re
quiruntur ut intellectus noster aliquid intelligat. scilicet species qua cog
noscatur et lumen in quo cognoscatur. et intentio qua con
uertat se intellectus super speciem. Illuminat autem angelus
intellectum nostrum excitando vel disponendo et lumen diui
num in nos transfundendo. Facit enim ut demon est in fanta
sia transmutacionem specierum componendo et diuidendo
secundum exigentiam rei quam vult reuelare. Item
irradiat lumen intellectus sui super illas ut moueant
intellectum nostrum et sic plura et subtiliora uideri possunt
in lumine duplicato. Item excitat intentionem anime
aliquo motu ut conuertat se super illa fantasma
ta abstrahendo ab aliis proficiunt id est promouent
ad melius. Verum angelus intendere possit
affectum humanum. Nota quod hic tripliciter potest intelligi. scilicet vel
efficiendo. vel mouendo. vel excitando. et adiuuando.